

Sancti Hieronymi Stridonensis Opervm, Tomi ...

Continens Commentaria Sper Psalms; Quibus accessit Psalterium ipsum
ex Hebraico ab ipso Hieronymo Latinitate donatum ... Mvltis In Locis Avcta

...

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1616

Proœmivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75125](#)

DIVI HIERONYMI PRESBYTERI IN COMMENTARIOS PSALMO-

RVM PR OOE MIV M.

Proxime cum Origenis psalterium, quod enchyridion ille vocabat, strictis & necessariis interpretationibus annotatum, in commune legere simul vterque deprehendimus, nonnulla eum vel perstrinxisse leuiter, vel intacta penitus reliquissim; de quibus in alio opere latissime disputatione: quo scilicet, non putaret rem magnam breui sermone concludere. Igitur pro familiaritate, quae inter nos est, studiose & sedile postulasti, vt quæcunque mihi digna memoria videbantur, signis quibusdam potius quam in interpretationibus adnotare. Et quod solent hi facere, qui in breui tabella terrarum & orbium situs pingunt, & latissimas regiones in modico spatio coenantur ostendere: ita in psalterij opere latissimo quasi præteriens aliqua perstringerem, vt ex paucis quæ tetragrammaton, intelligantur & cætera quæ omissta

sunt, quam vim habeant atque rationem. Non quod putem à me posse dici quæ ille præterit: sed quod ea quæ in tomis vel homilijs ipse disseruit, vel ego digna arbitrio lectione, in hunc angustum commentariolum referam. Psalterium Græcum est, & Latine organum dicitur, quod Hebrei νέβει vocant. Psalmus dicitur, eo quod à psalterio nomen accepit, vel pro psallendo. Quamvis David omnes psalmos cantasset, tamen omnes psalmi in persona Christi pertinent: & qui prætitulati esse non videntur, apud Hebreos pro uno psalmo habentur. Nam per titulum intelligitur uniuscuiusque psalmi intellectus. Quid est titulus, nisi clavis? Ut ita dixerim in domum non ingreditur nisi per clavem: ita & uniuscuiusque psalmi intellectus per clavem, hoc est, per titulum intelligitur, in cuius persona cantatur: aut in persona Christi, aut in persona ecclesiæ, aut in persona prophetæ.

LIBER COMMENTARIO RVM D.
HIERONYMI PRESBYTERI
IN PSALTERIUM.
PSALM. I.

PSALMVS I.

Batus vir qui non abiit in consilio impiorum. ^a Quidam dicunt hunc psalmū quasi præfationem esse spiritus sancti, & ideo tristum non habere. Alij in eo quod primus sit ordinis sui habere principium, & ~~conservare~~ esse viuum, eum primum dicere, ante quem nullus sit. Alter. Apud Hebreos & primus, & secundus unus est psalmus: quod in apostolico quoque ^b articulo comprobatur. Denique quia à beatitudine sperat, in beatitudine definit, dices: Beati omnes qui confidunt in eum. Alter. Beatus qui non cogitavit, non fecit, non docuit mala. Alter. Beatus qui non est ludens, gentilis, hereticus. Alter: Tertullianus in libro de spectaculis, assertit hunc psalmum & de Joseph posse intelligi, qui corpus domini seculuit, & de his qui ad spectacula gentium non conuenient.

^b ¶ Et in via peccatorum non stetit. ^c Non dixit, & in via peccatorum non ambulauit: Hoc quippe impossibile est: quia nullus absque peccato, nec si vnius quidem horæ fuerit vita eius: nullum sine peccato dicit: sed in via peccatorum non stetit: hoc est, qui non perseuerauit in delicto, sed per pœnitentiam ad meliora conuersus est.

^c ¶ Et in cathedra pestilentia non sedet. ^d Pro pestilentibus in Hebreo delitores habet: quod scilicet omnes discipulos persequuntur doctorem illudat. Vnde Hieremias: Non sedet, ait, in consilio ludientium.

^d ¶ Sed in lege domini voluntas eius. Tribus duo retulit, vt habeat voluntatem, & voluntati iungat & studium.

^e ¶ Et in lege eius meditabitur die ac nocte. ^f Meditatio legis est, non solum in legendis scripturis, sed etiam in his quæ scripta sunt faciendis. Iustus igitur siue manducat, siue bibit, siue dormit, in nomine domini omnia faciens, meditatur legem eius die ac nocte.

^f ¶ Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus cursus aquarum. Pro plantatum, transplantatum Aquila transfluit. Lignum

auctem, cui vir beatus comparatur, sapientiam puto: de qua & Salomon loquitur: *Lignum vita est bis qui sequuntur eam.* Sapientia autem per Apostolum Christus Dei filius declaratur. Christum, ait, *Dei virtutem & Dei sapientiam:* hoc est, Christo filio Dei, conformis utique factus corporis gloria eius.

^{1. Cor. 1. 1.}

^g ¶ *Quod fructum suum dabit in tempore suo.* Dabit enim fructum non quocunque tempore, sed præscripto: illo scilicet, cum deuiciis potestibus principiatisbusque tradiderit regnum Deo patri, conformatus claritati corporis sui. Quod autem se arborem dominus dici voluit, ait: *Ait facite arborē bonam & fructum eius bonum.* Quod lignum ita dicit: *Si in viridi ligno hac faciunt, in arido quid fieri?*

^{1. Cor. 15. 5.}

^h ¶ *Et folium eius non decidet.* Verba doctrinæ quæ ad salutem gentibus proficiunt, iuxta illud *Aīocalyphs: Et foliā ligni huius ad sanitatem gentium.*

^{Matt. 12. 31.}

ⁱ ¶ *Et omnia quæcunque fecerit, prosperabuntur.* Iudicai hunc psalmum dictum esse existimant de Iosia: quod solus inter prophanos reges, non abiuit in consilio impiorum, sed fæcatus fit legem Dei, Verum hoc quod modo lectum est, & omnia quæcunque facier, prosperabuntur: non solum de Iosia, sed de nullo sanctorum accipi potest nisi forte in futuro seculo. Melius igitur de eis intelligimus hominem, qui à Salvatore nostro assumptus est atque salvatus, non que alium assumptissime, alium assumptum esse testemur, sed quo vnuus atque idem filius Dei & filius hominis, qui ante facula verbum semper fuit, ipse postea & carnem est dignatus assumere.

^{1. Cor. 15. 5.}

^k ¶ *Non sic impiis, &c.* Id quod secundo dicitur, non sic, in Hebreis voluminibus non habetur: sed ne in ipsis quidem Lxx. interpretationibus. Nam in exemplis Origenis in Cæsariensi bibliotheca legens, semel tantum scriptum reperi. Inter impium & peccatorem hoc interest, qui impius est, negat Deum: qui peccator est, confitetur & peccat. Sicut iustus vir comparatur ligno, sic ignis comparatur pulueri. Qui iustus est, ligno paradisi comparatur: qui autem impius est, pulueri comparatur.

^{1. Cor. 15. 5.}

^l ¶ *Quem proicit ventus à facie terra.* Puluis licet de terra sit, ramen defuit esse terra. Tam infelix erit impius, vt nec terrenus quidem sit puluis. Videtur quidem habere terra substantiam, sed habet suam substantiam: nihil habet solidum, sed quod

^A habet,

S. Hieron. tom. 7.